



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Obligatus per seipsum per alium celebrans, an peccet, & an obligetur ad restitutionem, §. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. III.

Obligatus per se ipsum, per alium celebrans an peccet: Et an obligetur ad restitutionem?

1. **Q**uod peccet, & quidem ex genere suo mortaliter, (nisi excuserur à parvitate materiæ, vel à necessitate, de qua mox cap. 5.) dubium ne sit, quia facit contra mentem Testatoris, & contra pactum. Vide quæ diximus supra cap. 1. §. 1. aliqua enim ex illis sunt hic proportionaliter, applicanda.

2. **Q**uoad restitutionem Dico non obligari. a Ratio est, quia quantum ad principale, (qui est fructus ex opere operato) tantum exhibitum fuit per alium quantum fuisset

a Bona cdisp. de Ench. 4. q. 11. s. p. 7.
§. 1. n. 2. ex Azor.

fuisset per se ipsum , cum omnia
Sacrificia sint ejusdem valoris.

3. Dicet, ac devotio fortè fuisset major ejus, qui per se ipsum celebrare debebat, unde potuit illatum fuisse damnum ei, qui Missam petiit quoad fructum ex opere operantis.

Respondeo. Ar devotio fortè fuit major alterius, qui supplevit, unde potuit evenisse majus emolumen-
tum ei, qui Missam petiit. Adde dictum fuisse supra à hujusmodi fructus spirituales, quamvis à pe-
tentibus Missas omnino volitos, non cadere tamen quoad restitu-
tionis onus, in considerationem,

*De Sacerdote, qui committit alteri
Missas, quas hic non celebret.*

4. **S**I Capellanus; etiam ille, cui
permittitur per alium cele-
brare, alium deleget, & hic non
celebret, quid fieri?

Aaa 7 Dico

2 Suprad. I. §. 2. n. 11.

cole-
ur

n ex
ter,
ate-
mox
facit
con-
s su-
illis
pli-
ico
uia
est
um
um
ffet
7.

11

Dico Capellatum debere numerum Missarum ipse, vel per se, vel per tertium supplere, vel eleemosynam reddere. Ratio est, quia si a te ego emerem v. g. picturam a te faciendam, & tu traderes illam; dato pretio efformandam alteri tertio: si hic ex quocumque casu etiam subitanea morte corruptus, exequi iunctum opus non potest, tu non existimetis ab obligatione providendi me de pictura, ita proportionaliter in casu nostro: Et ratio ulterior est, quia tibi perit, seu deficit ille sufficiens, non mihi, qui tecum contraxi, non cum illo.

CAPUT V.

*De Obligatione Capellani, quando
ad sunt impedimenta cele-
brandi, quae ipse remo-
vere non potest.*

I. **I**D hinc agimus: nam quando res movere potest dicemus capite sequenti,